



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

### Conciliarvm Omnivm Generalivm Et Provincialivm Collectio Regia

Ab anno DLIII. ad annum DLXXVII.

**Parisiis, 1644**

XXXII. De subintroductis adoptivis mulieribus.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-15324**

ne habeantur alieni. Pater vero causas in Concilio se nouerit præstaturum ; mulier vero non admittatur ad communionem , nisi marito defuncto egerit pœnitentiam . Si autem uiuente eo recesserit & pœnituerit , communionem in ultimo vitæ deficiens accipiat.

## XXXI.

Deuotam peccantem non recipiendam in ecclesia, nisi peccare desierit, & desinens egerit aptam pœnitentiam decem annis ; & recipiat communionem. Prius autem quam in ecclesia admittatur ad orationem , ad nullius conuiuium Christianæ mulieris accedat. Quod si admissa fuerit , etiam ea quæ illam receperit , habeatur abstenta. Corruptorem etiam par pœna constringat. Quæ autem maritum acceperit , non admittatur ad pœnitentiam, nisi adhuc uiuente ipso marito , caste vixerit , aut post ipse de hac vita discesserit.

## XXXII.

Nullus episcopus, neque presbyter, neque diaconus , neque omnino aliquis ex clero licentiam habeat intromittendi ad se quasi adoptiuam aliquam mulierem , quasi in loco \* filia, aut matris, nisi forte

\* filie,  
aut sororis,  
aut matris,

sororem veram ex germanitate, aut sororem vel matris vel patris, & illas solas personas quæ ab omni mala suspicione alienæ sunt. Similiter & religiosis feminis laicorum alienorum familiaritatem & confortium prohibemus , & eorum qui nec in Dei timore subiecti sunt, nec continentia retinent disciplinam.

## XXXIII.

Si quis in contemptu positus presbyter vel dia-